

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Mansuetudo g
cum uariis

Nichil est fedius preceptore furioso qui, cum debeat esse mansuetus et humilis ad omnes, ex diuerso toruo uultu, trementibus labiis, rugata fronte, effrenatis conuiciis, facie inter pallorem et ruborem uariata, clamore perstrepat, et errantes non tam ad bonum retrahat, quam ad malum sua seucia precipitet.

Ieronymus super epistolam ad Titum: Non iracundum et cetera.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

conuiciis] superciliis L¹ L²; ad bonum] a bono P V¹ V² L¹ L²; bonum] retrahat *add. (om. infra)* M; retrahat] retrahit P V¹ V² L¹ L²; precipitet] precipitat P V¹ V² L¹ L²; epistolam] epistola P V¹